

peccati, sive modi peccandi aut cogitatione, aut sermone, aut opere, quam ibidem Scotus propugnat, passim a Sanctis Patribus traditur; habetque fundamentum in Divina Scriptura, maxime ubi precepta Decalogi recenlet. Nam octo priora partim ad actiones, partim ad locutiones referuntur; duo vero posteriora, cum latentem in corde concupiscentiam alienarum rerum damnant, solas moderantur animi cogitationes.

379. Occasione superioris doctrinae de moralitate actuum qua interiorum quare exteriorum, conucllitur saltem praedictum hominum parvopendentium interna animi peccata.

379. Exinde crassius detegitur error, quo plerique Judaeorum olim detinebantur. Cum enim dicente lege, non concupisces, persuadere sibi debuissent, concupiscentiam cordis ad illicita tendentem esse peccatum: nihilominus sensum legis circumspicientes non reputabant se peccare, nisi per opera externa, unde ipsis, quantumvis sub lege constituti, minime quadrabat, quod Paulus (ad Rom. cap. 5.) protulit in persona idonei auditoris legis: peccatum non cognovi. Eodem exitiali praedictio illegitimi videntur haud pauci christiani nominis homines, qui ubi Confessarium adeunt, eumque inter decem in eadem parochia sedentes simpliciter, ut noctavit Seraphicus (Serm. 3. de diebus Rogat.) exonerantur merces plurium mensium, aut etiam annorum, solent plerumque sermone suo discurrere per solas operum inhonestorum categorias, nihil solliciti de deliberatis cogitationibus, morosis delectationibus, repetitis desideriis, ceterisque peruersis affectibus cordis, quasi & ipsi nunquam audissent Christum in nova lege clamantem (Matth. c. 15.) de corde exeunt cogitationes mala, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonio, blasphemia, quae conuolunt hominem. Erustra vera hac in re obtenditur praemia Fori humani, in quo Praetor nec iudicat de internis, nec de minimis curat. Nam ex Angelico (opus. de decem Praeceptis, paragr. penult.) haec est differentia inter legem Divinam, & mundanam, quia lex mundana iudicat facta & dicta; Divina autem non haec tantum, sed etiam cogitata; & ratio hujus, quia illa est per homines, qui iudicant ea, quae apparent exteriori; sed ista est a Deo, qui exterioris interiorisque conspici.

380. Trias operationum exordium circa interiorum extensumque actus, prout moralitatis capaces existant. Prius manifestatur, quomodo ordine contingat ut vel malos evadere.

380. Cum ex dictis constat, tum interiores, tum exteriores voluntatis actus esse posse bonos, aut malos, etiam non semper singuli eorum sint reapse tales, ob defectum scilicet alicuius conditionis ad moralitatem necessarias, ut cerneat est in motibus, qui primo-primo vocantur, tria nunc remanent exploranda: nimirum 1. *ordo*, *modusque*, quo utriusque generis actus moralitatem solent participare. 2. *diversitas* moralitatis, quae iisdem inesse potest, ubi inter se invicem conferuntur. 3. *incrementum* moralitatis, quod possunt suscipere interiores actus ratione exteriorum. Quod fuit primo loco propositum, facile expeditur, modo prae oculis habeatur tum divisio bonitatis, ac malitiae *objectivae*, aut *formalis*, (n. 379.) tum duplex adfectus *objecti*, & *actus* (n. 377.) sub quo concipere licet operationes exteriores facultatum subiectarum voluntatis arbitrio. Si fingamus actum exterioris speciei suae *indifferentem* ex ea ambulationem, fieri nequit, quin bonitas vel malitia sit prius in interno, quam in externo actu, puta in proposito ambulandi, quam in deambulatione; nam actus naturae indifferentis sortitur moralem speciem a fine extrinseco operantis (n. 301.) adeoque deambulatio iudicanda erit bona vel mala, prout voluntas eam decrevit esse honeste vel inhoneste fine. Si autem externum actum ponamus jam ex propria specie *bonum*, aut *malum*, tum sine ex. ca. oratio, & blasphemia, tunc externus, quae *objectum* interni, prius habet bonitatem aut malitiam, quae in hoc casu dicitur *objectiva* seu fundamentalis, haec namque convenit actus secundum eorum convenientiam aut repugnantiam cum regula rectae rationis, adeoque in ipso apprehenditur, antequam voluntas illum appetat. Quia actus vero sive effectus interni dum spectatur, sic ipsi interno prius derivatur proxime a voluntate, cum actus evadat formaliter bonus, aut malus, quatenus *voluntarie* ac *libere* fit.

381. Modus item aperitur, quo boni, aut mali fieri possunt interni, externique actus.

381. Stabilito tali ordine, quo bonitatem, aut malitiam interioribus, exterioribusque actibus advenire nunc diximus, extemplo innoretur *modus*, quo iidem hanc ipsam speciem moralitatem induunt. Communis est utrique tum *objectiva*, tum *formalis* bonitas, ac malitia; at cum hoc discrimine. *Objectiva* convenit *primario*, ac *per se* actum *exteriori*, ex. gr. recitationi orali precum, contumeliose locutioni adversus Deum; cum spectata recta ratione, unde *objectiva* moralitas lumenda, illa hominem a Deo conditum maxime deceat, ista vero summo pere deceat, ante quamlibet voluntatis determinationem. *Formalis* autem *primario*, ac *per se* competit *interiori* actui ex. ca. deliberato proposito fundendi precis, evomendi contumelias;

cum

cum a sola voluntate pendeat, ut actus voluntarie ac libere existat, quo formalis moralitas solet respicere. Itaque *objectiva*, & *formalis* seu bonitas seu malitia inter se quidem distinguuntur; sed sunt sibi invicem causae, sive mutuum praeserunt dependentiam ratione actuum, quos ambae per se efficiunt: internus actus imperans participat bonitatem ac malitiam externi, in quem tendit tamquam in suum *objectum*; externus actus imperatur mutatur bonitatem ac malitiam interni, cuius esse effectus. Ex his facile constabit, quo sensu dicant Theologi Catholici cum S. Augustino (sive vera Relig. c. 14. & lib. 1. Retract. c. 9.) peccatum usque adeo esse voluntarium malum, ut nullo modo sit peccatum, nisi sit voluntarium: voluntatem esse qua peccatur, & recte vivitur &c. Illa enim intelligenda duntaxat de malitia *formali*, quae secum fert impotabilitatem ad penam & reprobationem: & hoc pacto de bonitate ac malitia actuum Scotus (nu. 378.) apprehenditur. Ceterum malitiam *objectivam* non excludunt sed praepollunt; cum ea sit fundamentum & radix, cur formaliter malus evadat actus ipsius voluntatis imperantis exteriorem actum, iuxta illud Olee (c. 9.) facti sunt abominabiles sicut ea quae dilexerunt; & S. Augustini (Epist. 52. ad Maccodorum) ex eo, quod quisque diligit, mores hominum disjucari solent.

382. Secundo loco suboritur dubitatio, num interioris, atque exterioris actus bonitas, aut malitia sit una & eadem, vel potius diversa; adeoque, si contingat inhonestum esse actum utrumque, num sit reputandum unicum peccatum, aut potius multiplex, illudque in Sacramentali Confessione distincte aperendum? Seraphicus Doctor hanc expendens quaestionem (in 2. Serr. dist. 42. art. 1. q. 1.) ad amorem vendam omnem equivocationem advertit, dupliciter posse invicem comparari malitiam seu peccatum operis exterioris, atque interioris voluntatis. Una modo, quae etiam bonitas sua duo conjuncta sunt, & ordinata, ita quod unus est ex altero. Altero modo, prout sunt separata, ita quod unus peccet voluntate tantum, postea voluntate, & opere. Tum resolvit, non esse dubium, quod diversis peccatis peccet quis, si una exteriori modo, quae tantum vult malum, alia vice vult & perficit; quia nempe actus voluntatis, ab se invicem in quo consistit prima ratio deordinandi, est altius & altius, hoc est multiplex numero in Priori autem considerato modo docet, voluntatem interiori cum actu exteriori non disjucantur, facere diversa peccata, sed unum formaliter peccatum: rationem dat, quia peccatum dicit deordinationem a fine, & ibi est una ratio deordinandi; & una deordinatio: voluntas enim est, quae inordinat, convertitur ad incommutabili bono, & convertitur ad commutabile bonum, non solum quantum ad actum proprium, sed etiam quantum ad actum inferioris potentiae, qui ei subiecitur, unde unus est ibi actus voluntatis, nec alter est culpabilis, nisi propter alium, quod patet, quia si procederet ab alio principio, quam a voluntate, jam non esset culpabilis. Ex quo concludit, quod (cum aliquid proprie loquendo non numeretur, nisi quia cum numeratione ex parte principii materialis concurrat numeratio ex parte principii formalis, sicut albedo numeratur in duobus hominibus albis) in eo casu peccatum unum sit formaliter, licet plura sint materialiter, hoc est plura deordinata & culpabilia opera, quae subsunt uni rationi deordinandi.

383. Ex convenientia ordinis, qui potest esse in pluribus ad invicem relatis, & ordinatis, quomodo est ab altero. Angelicus quoque (1. 2. q. 17. ar. 4.) interiori, exteriori remque actum tenet unum esse formaliter ejusmodi unitate: nihil prohibet aliqua esse secundum quid multa, & secundum quid unum. Actus inferioris potentiae materialiter se habet ad actum superioris, in quantum inferior potentia agit in virtute superioris moventis ipsum. Unde patet, quod imperium, & actus imperatus sunt unus actus humanus, sicut quoddam totum est unum, sed est secundum partes multas. Hinc porro sequitur, utrumque actum ob ejusmodi unitatem haberi pro unico peccato etiam in Sacramentali iudicio, ita quidem, ut censetur integre confiteri quilibet enuntiat exteriorem actum inhonestum, non indicando deordinatum voluntatem tamquam illius principium. Non perinde tamen integra foret Confessio, si quis ad fornicationem, vel odia proximi propensum tandem interiorem actum concupiscenti mulierem, appetendi vindictam, diverso tempore intrasset, nullo exteriori actu producto; ac postea in Confessione reum se diceret intus interiori actus oppositi temperantiae, vel caritatis. Nam duae voluntates interiores, quantumvis simillimae sicut ovum ovo, sunt duo diversa peccata numero & materialiter, & formaliter, quia interruptae supponuntur morali aestimatione; adeoque, ut concludit idem Seraphicus, sunt duae principales deordinationes, & per hoc duo peccata.

384. Ter-

384. Tertio famigerata incidit questio de incrementis moralitatis seu bonae, seu male, quod auctus interni recipiunt ratione exteriorum. Hunc in finem tria statim prenotantur.

385. Aliud quid praeter adiacet, quod inter presentia precipui momenti est.

386. Status quaestioni determinatur, atque variantur circa illam Doctorum opiniones indicantur.

387. Auctus exterioris proprie ac per se addere interni moralitatis

384. Tertio loco, jamdiu disputari solet, utrum auctus exterior superaddat interiori ullam bonitatem, aut malitiam? Quisquis de re ista vult scite pronuntiare, mente sua prius tenet necesse est, quae nunc sumus observaturi. Dum praesens disquisitio suscipitur, interior exteriorque auctus supponuntur simul, juncti, ac etiam convenientes circa objectum, finem, & circumstantias; secus enim utriusque malitia, seu bonitas, foret vel numero discreta, vel specie quoque diversa; proinde auctus exterior circa dubium augetur bonitatem, aut malitiam interioris tum in primo, tum in altero casu. 2. Non hic attenditur vel malitia obiectiva; nam cum haec auctus interior participat ratione exterioris (n. 384.) fieri nequit, quin exterior auctus sic quidpiam addat interiori: quare de sola formalis lermo est, quae propria est interioris, ab eoque in exteriorem redundat. 3. Siquidem duplex secreti voluntas operis exterioris faciendi, videlicet efficax, & inefficax, quaestio movetur de sola efficax: quid sibi velit distinctio ista, explicat Seraphicus (in 2. sent. dist. 42. ar. 1. q. 2.) Cum queritur, utrum opus addat aliquid ad malitiam voluntatis, hoc dupliciter potest intelligi. Uno modo respectu voluntatis quae potest in opus non procedere, sed tamen non procedit, quia non omnino plene vult: & respectu talis voluntatis absque dubio malitiam operis addit: cum enim peccatum consummatur in opere, tunc est plenior consensus, & ideo peccatum tunc majus, & gravius est. Alio modo potest intelligi respectu voluntatis, quae quidem in opus non procedit, non quia non vult, sed quia non potest: & tunc movetur ista quaestio: cum utrobique sit plena voluntas, utrum gravius peccet, qui vult & non potest, aut qui vult & facit, esto quod uterque movetur ex aequali amore.

385. Denique 4. in disceptationem nunc cadit illud solum augmentum bonitatis, aut malitiae; quod auctus exterior interiori addere concipitur per se, & non casualiter seu occasionaliter tantummodo. Etenim tale augmentum in sensu posteriori facile quisquis admittet, ubi haec animo advertet, quae Angelicus Doctor scribit (1. 2. q. 10. ar. 4.) triplicem assignans modum, quo illud evenire potest. Voluntas in se secundum se fieri meliorem in bonis vel pejorem in malis, videtur posse contingere tripliciter. Uno modo secundum numerum, puta cum aliquis vult aliquid facere bono sine vel malo, & tunc quidem non facit, postmodum autem vult, & facit: duplicatus auctus voluntatis, & sic fit duplex bonum, vel duplex malum. Alio modo quantum ad extensionem: puta cum aliquis vult facere aliquid bono sine vel malo, & propter aliquod impedimentum desistit: alius autem continuat motum voluntatis, quo usque opus perficitur; manifestum est, quod huiusmodi voluntas est diuturnior in bono vel malo, & secundum hoc est pejor, vel melior. Tertio secundum intentionem: sunt enim quidam auctus exteriores, qui in quantum sunt delectabiles, vel paenosi, nati sunt voluntatem intendere, vel remittere: constat autem, quod quanto voluntas intensius tendit in bonum, vel malum, tanto est melior, vel pejor.

386. His omnibus accurate observatis, proponitur quaestio status hac devolutione: an voluntas, quando perfecta est, ita ut nullam ab actu externo patiar mutationem in agendo, vel quoad intentionem, vel quoad durationem; quando item adeo efficax est, ut ideoque dumtaxat non prorumpat in opus exterium, quia ejusdem faciendi vel facultate, vel occasione caret: an, inquam, talis voluntas proprie ac per se loquendo sit aequae bona, vel mala sine actu exteriori, ac esset eodem actu producta, ideoque auctus exterior ex. ca. sejunctus, vel furandus, nullam addat ipsi voluntati formalem bonitatem, vel malitiam, si produceretur oblata opportunitate, semotique impedimentis? Plures Theologi sentiunt, parem omnino esse bonitatem, vel malitiam voluntatis sive conjunctae cum actu exteriori, sive ab illo sejunctae, hac potissimum de causa; quia auctus humanus non est formaliter bonus, vel malus, nisi quatenus procedit a libera voluntate, proinde non videtur posse voluntati quidpiam ejus addere, quod totum ab ipsa obtinet quasi precario. Ex adverso decertat cum suis asseclis Scotus, qui ejusmodi quaestione sic presse sumptam accuratius forsitan pertractavit (in 2. sent. dist. 42. q. 4. atque in Quodlib. q. 18.) praeter reliquis vetustioribus Magistris. Argumenta, quae partim ab auctoritate, partim a ratione promittunt, ac nerve pro more suo urget, placet e vestigio producere, ut quisquis istem sentit se convinci, haud dedigneret dare victas manus, quamvis Auctor ipse undequaque non placeret.

387. Primum argumentum repetitur ex D. Augustino (lib. 13. de Trin. cap. 5.) dicitur: Mala voluntas vel sola quisque miser efficitur; sed miser potest esse, quia desiderium male voluntatis impletur. Patens est ergo, subdit Subtilis Doctor, quod hoc

hoc non potest intelligi de miseria paena; quia desiderans, & non potens habere quod desiderat, plus habet de paena quam ille, cuius desiderium impletur; intelligitur igitur de miseria culpae. Auctus ergo malus exterior addit ad miseriam culpae, quae praefata in actu interiori malo. Et hoc quidem incrementum culpabilis miseriae non restringendum ad illos dumtaxat casus, in quibus voluntas rationis exterioris auctus fit pejor quantum ad multiplicationem, vel intentionem auctum suorum; cum Augustinus universum, & indehinc loquatur, adeoque malam voluntatem spectet etiam ubi nullam ab actu exteriori recipit mutationem. Nec obstat, quod idem scribit Augustinus (lib. 1. de liber. Arbit. c. 3.) si cut etiam non contingat facultas concubendi cum conjugis aliena, planum tamen aliquo modo fit, id cum cupere; & si potestas daretur, facturum esse; non minus scus est, quam si ipso facto deprehenderetur: qui quidem textus consonat tum Divinarum Scripturarum, tum aliorum SS. Patrum doctrinis, unde illud manavit adagium a D. Bernardo (epist. 77.) expressum: voluntas pro facto reputatur, ubi factum excludit necessitas. Nam locutiones huiusmodi spectant retributionem operum, inuuntque voluntatem efficacem reputari pro facto, quantum ad praemium, vel supplicium substantiale; non vero quantum ad aliud accidentale, quod non nisi ipsi externo reperitur, quemadmodum Seraphicus Doctor (in 2. sent. dist. 40. ar. 2. qu. 1. & 3.) planum facit.

388. Alterum argumentum rationi innoxium sic proponi potest ipsi ferme verbis praesudati Subtilis Doctoris; illudque valet etiam ad elidendum principale momentum (n. 286.) oppositae sententiae: Ubi adest diversa convenientia, vel disconvenientia ad dictamen rectae rationis, ibi alia & alia est bonitas, vel malitia moralis: quippe bonitas moralis est integritas eorum, quae recta ratio dicit debere alii convenire, & malitia defectum hujusce debita convenientiae praesertit. Atqui recta ratio dicit, aliam integritatem conditionum convenire auctui interiori, aliam exteriori: etenim sumendo utrumque auctum in suo esse reali, & quidem tali ac tali, impossibile est convenire interiori auctui, quod convenit exteriori, cum ille intrinsecam cogitationem seu affectionem, iste locutionem, & operationem importet extrinsecam: quae tria diversis propterea dirigitur praecceptis Divinae Legis. Ergo bonitas, vel malitia moralis est alia in interiori, alia in exteriori actu, adeoque posterior aliquid addit priori. Nec refert, quod realis convenientia, vel disconvenientia cum ratione recta, quam auctus exterior importat diversimode ab interiori, sit solum obiectiva seu materialis; & ideo formaliter bonus, aut malus non possit evadere, nisi mediante actu interiori voluntatis liberae imperantis. Nam hoc totum fatetur etiam Scotus, quin loco moveatur: semel ac enim exterior auctus sermonis, aut operis a voluntate imperatur potentis aliis, concessum producit modo humano, & directioni legum subjacet: igitur bonus vel malus eradit bonitate, vel malitia etiam formalis sibi propria ac distincta, quantumvis dependente ab interiori illo imperio. Quare disermen utriusque auctus in hoc solum flat, quod in interiori formalis moralitas sit primaria & independens, in exteriori vero secundaria & participata. Immo, quia exterior dicitur habere formalem moralitatem mediante interiori, consequens esse monet Subtilis Doctor (Quodlib. q. 18.) quod aliam habeat ab ea, quam habet interior auctus; quia idem non est causa, nec etiam medium respectu sui ipsius, nec etiam est causa vel ratio mediantis respectu sui ipsius.

389. Ceterum, quiquid in hac quaestione adiphora de moralitate externorum operum libeat theoretice sentire, ad praxim quod attinet, certum est in Sacramentali Confessione avertenda esse non solas illicitas cogitationes volitionesque, sed etiam externas quoque actiones inhonestas; sive haec aggravent per se malitiam improbatam voluntatis, sive minime aggravent. Unde legitur proscriptam ab Alexand. VII. P. haec propositioem (ord. 25.) Qui habuit copulam cum soluta, satisfactis conbuplicando copulam. Hujus autem rei multiplex adferri potest causa. 1. Quia debet intere conceptum animo peccatum etiam exteriori opere completum fuit, illud quod quae ac totaliter manifestari in Confessione: integratur autem juxta Seraphicum (n. 383.) ex interno simul & externo actu, & fit unum formaliter Lege specialibus praecceptis tamquam malus ex obiecto, aut ex circumstantiis, ut Scotus (in 2. dist. 42. q. 2. & 3.) adnotavit. 3. Quia exterior auctus potest esse occasio, cui interna voluntatis malitia valde notabiliter augeatur, seu extensivus seu intensivus, ut cum Angelico (n. 385.) observatum. 4. Denique quia per sepe auctus

tatem auctus, probat Scotus auctoritate Antesignani sui, nimirum S. Augustini.

388. Illud ipsum moralitatis augmentum ex auctibus exterioribus in interioribus redundant Scotus communis rationis fatens.

389. Utra in ista Scholastico diffidio praecaut sententia, nemini modo dubium, quin in Sacramentali iudicio aspicendus sit extensus auctus, ubi peccatum fuerit opere consummatum.



plectitur  
condiciones  
singulas ad  
opus merito-  
rium vite  
aeternae ne-  
cessarias.  
Sic praemis-  
sa tria di-  
visione me-  
riti, loco  
fundamenti  
monitur ca-  
tholica do-  
ctrina de  
meritis.

tur pro convenienti retributione, quae humanos actus honestos necessario consequitur. Cum tamen finis ultimus, ad quem praeparationibus suis Moralis Theologia nos dirigit (n. 10.) alius reapse non sit, quam supereminens illa gloria aeternam duratura: idcirco placet nobis supremo loco (tametsi Morales plerique Tractatores curam ejusmodi solent Dogmaticis relinquere) singulas indicare condiciones, quas humanis actibus inesse oportet, ut peculiare meritum induant tanti praemii: sic enim labor iste noster homini simul, & christiano rite formando interviert, quod hucque tempus in oculis habuimus. Porro ex D. Bonav. (in 2. Sent. dist. 27. art. 1. qu. 2.) contingit aliquid mereri ex congruo, & ex condigno. Tunc est meritum ex condigno, quando ratio meriti reperitur ibi perfecte & plene; & tunc est ibi quaedam commensuratio, & aequatio meriti ad praemium. Meritum autem congrui dicitur, in quo est aliqua dispositio congruitatis respectu ejus, ad quod illa dispositio ordinatur: quae tamen deficit a ratione congruitatis. Juxta decretum Synodi Tridentinae (Sess. 6. can. 32.) homo justificatus potest bonis operibus, quae per Dei gratiam facit, tria haec vere mereri, nempe augmentum gratiae, vitam aeternam, atque etiam gloriam augmentum. Utrum autem meritum istud dicendum sit condigni nec ne, Synodus tacuit, ut pro more suo (num. 296.) illasas relinqueret variantes ea de re Scholasticorum opiniones. Nihil tamen minus, cum solum meritum de condigno videatur esse vere meritum, quoniam aequalitatem praefert cum praemio, illudque propterea tamquam ex iustitia debitum reposcit, inde est, ut spectato Occumenco illo Decreto, adversus Haereticos meritum olores publicato, Nostrates Theologi unanimi consensu nunc propugnent, bona opera iustorum hominum promereri de condigno caelestis vitae praemium; si mulque persuadeant sibi, hujusmodi nomen, quavis in Scriptura & Patribus haud expressum, minime amandandum ad profanas vocum novitates (1. ad Tim. c. 6.) ab Apostolo reprobatas, ut nota hodie dumtaxat dictione enuntians avitam Catholicam Ecclesiam doctrinam. Nam ex Seraphico (in 1. Sent. dist. 26. sup. 1.) novitas uno modo sonat in vitium, alio modo quando est talis adiunctio, quod sententiam etiam facit, quae non habet ortum ex veritate antiqua, tunc est meritorium; & sic dicit apostolus esse fugiendum, unde addit, profanas: secus vero, quando, quantum ad intellectum sanum, non est nova. Plura de hoc (in Oper. de Beatis, Serv. Dei 2. 2. 1. 2. c. 28. n. 7.) Benedictus XIV.

395. Inter  
tex conditio-  
nes, consen-  
sum Theolo-  
gorum quasi  
communem re-  
quisitas ad  
meritum de  
condigno, 2.  
duae sunt ex  
parte homi-  
nis merenti:  
nempe  
& iustus.

395. Jam vero ad praedictum meritum de condigno juxta communiorem, ac verosimiliorem Theologorum sententiam, sex requiruntur condiciones. Duae hominem merentem spectant, tres ad opus ipsum meritorium referuntur, una retribuentem Deum respicit. Primo igitur, ex parte hominis, necessarius est status vitae, & gratiae sanctificantis. Status quidem vitae, ut scilicet homo degat in hoc saeculo, & sitque in corpore mortali, & conditione mortali, indigens cibo, potu, somno, ceterisque vitae praesentis adminiculis: quae nunc est ipsa conditio nostra, non Herodoti, & Eliae. Ratio est, quia Sacra Scriptura significat, Deum determinasse hunc mortalitatis vitae spatium, ut homo ad supremam felicitatem tendat per bona opera, tamquam media ejusdem assequendae. Ante obitum operare iustum (Ecl. c. 14.) Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis (2. ad Cor. c. 6.) Quare Sancti in caelis degentes quaevisque a Deo nobis obtinent beneficia, per modum impetrationis obtinent, minime per modum meriti, de quo nunc sermo. Quae enim in publicis Ecclesiae precibus nominantur illorum meriti, non habent nisi vim impetrationis relate ad nos, quavis respectu ipsorum fuerint olim veri nominis merita. Praeterea viatori homini necessarius status Gratiae sanctificantis, cujus formalis effectus est ex Trid. Syn. (Sess. 6. c. 7. & 16.) hominem, in cuius corde per Spiritum Sanctum diffunditur, justificare, sanctificare, renovare, sive constituere Dei amicum & filium adoptivum, & heredem secundum spem vitae aeternae. Ratio est, quia ad comparandum condignum meritum vitae aeternae (quae ex Seraphico in 2. sent. dist. 29. ar. 1. qu. 1. consistit in habendo cum, qui est omne, & summum bonum, & qui est super omnem naturam exaltatus, & lucem inhabitat inaccessibilem) necessum est, ut cum ejusmodi gloria proportionem habeat, non opus tantum, sed ipsa maxime persona operantis adeo quidem, ut sicut gloria est supernaturalis & divina, sic ad statum supernaturalem & divinum tum opus, tum persona transferantur. Hoc enim est inter Deum, & hominem discrimen, eodem Seraphico teste (dist. cit. & dist. 40. ar. 2. q. 3.) quod homo non reputat opus dignum retributione propter bonitatem operantis, sed potius operantem propter bonitatem operis; homo enim indiget alieno servitio. Deum autem, qui honorum nostrorum non indiget, non operantem propter opera, sed opera propter operantem acceptat, & remunerat: sicut innuitur Gen. 4. respexit Deus ad Abel, & ad munera ejus: ritus dicit, ad Abel, & postea dicit, ad mesera. Porro autem ea

mirabilis

mirabilis transformatio hominis perici nequit, nisi per supernaturalem donum gratiae sanctificantis: quia ex eodem Seraphico (dist. 27. ar. 2. qu. ult.) ipsa est quod divinum, & ad hoc est ordinata, ut ducat ad Deum: siveque ratione suae dignitatis totum hominem reddat Deo acceptum, & carum.

396. Rationes istae, quibus idem Seraphicus pariter utitur (dist. 29. ar. 1. q. 1.) ad probandum, neque in statu innocentiae potuisse hominem acceptari a Deo acceptione speciali, qua in filium adoptatur, & dignus reputatur aeterna beatitudine, absque munere ejusdem gratiae superaddite naturae, iatis elidit palmorem Baii errorem, qui multis propositionibus (Ord. 2. & seq. usque ad 20.) jam a Pio V. Papa damnatae contendit ad condignum meritum caelestis vitae haud necessarium homini gratiam adoptionis per Spiritum Sanctum in ejus corde habitantem: sed sufficere veteram legis observantiam, id est, opera bona, quibus homo actualibus Dei auxilium suffulsum legem adimplet: quia nimirum Scriptura caelorum regnum promittit absolute obedientiae legis: si vis ad vitam ingredi, serva mandata (Matth. c. 6.) gloria & honor omni operanti bonum (ad Rom. c. 2.) Praeterea enim quod plura ex isto commento consequuntur absurda, cuius vel leviter intelligenti obvia, nihilominus idem faveat, quam Sacra Scriptura. Haec namque ideo in citatis Textibus commendat solum Legis observantiam, quia homines fideles alioquitur, quibus utpote a peccato ad statum gratiae sanctificantis jam translatis, acceptoque Spiritus Sancti pignore decoratis, non remaneat inculcanda nisi bona opera, ne forte desidia ac torpore gratiam desperant, acquisito ad caeleste regnum iure excidant, & veluti aridi palmites a vite Christo praecisi in ignem mittantur, utrum arsurus. Unde idem Seraphicus (dist. 30. ar. 1. qu. 1.) apostote notat, fideles, & iustos homines haud frustra bonis operibus jugiter incumbere in praesenti saeculo, quamquam multiplicatione bonorum operum non augeatur futura merces praemii substantialis, consentiens in visione, amore, & fruitione Dei: quia scilicet caritas non potest in homine vivere, quin exeat in bonos actus, cum potest, & debet: ideo sequens opus frustra non fit, quia quamvis non addat ad praemium excellentiam, addit tamen ad meriti efficaciam: & etiam disponit ad profectum, & facit ad incrementum meriti respectu accidentalitatis praemii.

397. Secundo, ex parte operis meritorii, requiritur 1. ut opus in genere moris sit adequate bonum, id est ex Scoto (n. 357.) habens aggregationem omnium convenientium ad finem secundum rectam rationem; ejusmodi sunt obiectum vel ex proprio genere bonum, vel saltem ordinabile ad finem honestum, si sit indifferens; circumstantiae omnes necessariae ac legitimae; & finis praetertim honestus: de quibus accurate jam egimus in sect. IV. Ratio in promptu est. Nam meritum in concreto solet definiti: est opus bonum in obsequium alterius factum, de se aptum ad aliquid obtinendum per modum retributionis, seu mercedis. At vero opus, quod non est adequate bonum, & cuiusvis malitiae expert, nequit praeferre obsequium Deo gratum, dignumque caelestis mercede; quippe ex S. Augustino (Lib. de Grat. & lib. Arb. c. 6.) quae mala sunt, non coronat Deus. Unde si domos adificasse, seu copiosam lobolem donasse legitur (Exod. c. 1.) Aegyptiacis obstrictibus, quae mendacio a petitione liberantur infantes Hebraeorum, subdit Seraphicus (Expos. in c. 1. Sap. dicendum secundum Glossam, quod non mendacium, sed pietas earum remunerata fuit. . . quae duo unum fuerunt connexione, non indivisibilitate. Porro etiam ad elicendum actum praecise bonum in solo genere moris, saltem ubi arduus ac praecellens non est, juxta Seraphicum (in 2. Sent. dist. 28. qu. ult.) sufficit gratuitae Dei influentia, per quam cetera conservat, & adjuvat, ut compleantur operationes suas, hoc est, concursus Dei generalis; atque enim idem alter moraliter bonus, si referatur ad promerendam gloriam, quae finis ultimus supernaturalis est, talis meriti sublatum esse nequit, nisi fiat cum supernaturalis gratiae adiutorio, quem Christus passione sua nobis obtinuit, ut enim Trid. Syn. (Sess. 6. c. 56.) inquit: Christus Jesus, tamquam caput in membra, & tamquam vitis in palmites, in justificatos jugiter virtutem infudit, quae virtus bona eorum opera semper antecedit, & comitatur, & subsequitur, & sine qua nullo pacto Deo grata, & meritoria esse possunt. Itaque sub prima operis conditione nunc explicata intelligere oportet auxilium supernaturalis illius gratiae, quae est veluti circumstantia necessaria ad opus bonum, quae meritorium vitae aeternae: & hoc tenet Angelicus (Quod. ar. 5.) dixit, merita esse supra naturam.

398. Requiritur 2. ut opus sit vere liberum, sive immune (n. 154. & seq.) tum a coactione, tum a necessitate: ejusmodi fuit ex gr. custodia pudicitiae in Joseph Hobaeorum Patriarcha (Gen. c. 29.) qui inter maxima illicita, dum scilicet Susipha-

396. Superiore doctrina D. Bonaventurae destruitur error Baii, cui status gratiae sanctificantis non videtur necessarius ad meritum aeternae gloriae assequendum.

397. Prima conditio ex parte operis meritorii fert, ut opus polleat adequate bonitate, & supernaturalis gratiae adiutorio producatur.

ex parte

*ejusdem operis uxor ejus domina quadam die intravit ejus domum absque arbitrio, & apprehensit meritorii deusa lacrima vestimenti ejus dixit: dormi tecum, urgentissimum evasit periculum, excigit, ut relicto in manus illius pallio, fugiendo. Illius conditionis necessitas peripue constat. 1. ex Sacra Scriptura, quae ubi hominem iustum commendavit (n. 160.) qui potuit transgredi, & non est transgressus; facere mala, & non fecit, mox subdit: ita stabilita sunt bona illius in Domino. 2. ex Catholica Ecclesia, quae hanc propositionem (Ord. 3.) in Irenesi Janlenio damnavit: ad merendum, & demerendum in statu naturae lapsae non requiritur in homine libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione: 3. ex S. August. (lib. 2. de Lib. Arb. c. 1.) scribens: illud bonum, quo commendatur ipsa iustitia in damnandis peccatis, recteque factis honorandis, quomodo esset, si homo careret libero voluntatis arbitrio? non enim aut peccatum esset, aut recte factum, quod non fieret voluntate; ac per hoc & poena iniusta esset, & praemium, si homo voluntatem non haberet liberam. 4. ex ratione. Nam si libertas utroque gradu completa juxta communem Moraliu sensum, cui niter recitatur Augustini textus, est perneccassaria ad imputabilitatem actionum absolute & universe spectatam, quia nempe fundamentum est omnis moralitatis, quam imputabilitas consequitur (148. & 391.), multo magis necessaria erit ad singulare meritum de condigno excellae glorie.*

399. *Se- rias actionum Christi m- nime elevat praehabilitatem necessitatem libertatis ad merendum.*  
 399. Ad ingens hic occurrit difficultas de Christo humani generis Reparatore, quem scimus meruisse per actiones quantumvis necessarias, & a coactione dumtaxat immunes. Respondeo quid, si Christi exemplum doctrinae mox statuta magis optularetur? audi. Ex Seraphico (in 3. Sent. dist. 18. ar. 1. q. 2. & ar. 2. q. 2.) Quia Christus Dei, & hominum fuit mediator, debuit esse comprehensor, & viator; comprehensor propter suam dignitatem, & viator propter nostram necessitatem; & ideo partim debuit esse in statu gloriae, partim in statu miseriae... sic Christus fuisse praeditum libero arbitrio, quod est una ex naturalibus proprietatibus perfecta humanitatis ab ipso assumpta, adeoque libertatem habuisse non solum a coactione, sed etiam a necessitate: quod satis indicatur eo vaticinio (Isa. c. 7.) : *Intyrum & Mel comedet, ut sciat reprobare malum, & eligere bonum* : adnotate quippe Angelico ad hunc ipsam locum (3. Part. q. 18. art. 4.) *electio actus est liberi arbitrii*. Exinde vero completor, Christum non ex dispensatione tantum, sed ex lege ordinaria requirentem ad meritum hae ipsas conditiones, de quibus nunc a nobis fit sermo, multa tum patiente, tum agendo & sibi, & nobis vere meruisse. Fateor tamen non ad omne actionum genus Christum habuisse libertatem indifferentiae: & ideo nec omnes ejus operationes proprie meritorias fuisse, ob defectum istius, seu aliarum etiam conditionum. Sic ex. gr. non meruit per visionem beatificam, per actum caritatis erga Deum, per actum gaudii beati, cum ejusmodi actus non fuerunt liberi, sed necessarii; non viatoris, sed comprehensoris; propterea nec ullum fuit illdem a Deo promissum praemium aut retributio. Sed per actus orationis, jejunii, obedientiae, dilectionis proximi, & consimiles, quoniam perfecti liberi fuerunt, vere promeruit toto vitae suae tempore, atque ratione illorum, postquam somnum cepit & exlurrexit, adfectus est amplissimum praemium: quod solent explicare Theologi in Tractatu de Divini Verbi incarnatione. Itaque exemplum a Christo petitum nobis tave.

400. *Tertia conditio ex parte operis meritorii adferunt; quam alibi jam proposuimus (n. 284. 325. & passim in tota Controversia de operum relatione in Deum n. 328. & seq.). Unde Seraphicus inter alios scripsit (in 2. Sent. dist. 29. art. 1. q. 2.) Magnitudo caritatis est principalior inter omnia, quae facienda ad meritum, quia secundum illius quantitatem attenditur remuneratio praemii in idem opus.*  
 400. Requiritur 3. ex parte operis, ut opus moraliter bonum, ac liberum, quod ab homine iusto viatore prodit opus supernaturalis gratiae, ex proprie dicta caritate aut elicitur, aut imperetur. Non hoc ceu Fide Catholica exploratum propagandum; sed tamquam verosimilimum juxta communem gravium Doctorum sententiam, quam alibi jam proposuimus (n. 284. 325. & passim in tota Controversia de operum relatione in Deum n. 328. & seq.). Unde Seraphicus inter alios scripsit (in 2. Sent. dist. 29. art. 1. q. 2.) Magnitudo caritatis est principalior inter omnia, quae facienda ad meritum, quia secundum illius quantitatem attenditur remuneratio praemii in idem opus. *Magis inquit caritas est, quod dat valorem operibus meritoris: quibus similita Angelicus item (Suppl. 3. part. q. 96. ar. 1. & 13.) profert. Hinc sententia suffragante Scripturarum, Patrumque auctoritas, nec non ratio manifestat. Ratio ex haecenus dictis sic elicitur. Cum enim meritum in concreto denotet opus, quod fit in obsequium alicujus personae, a qua merces illi subinde retribuitur; & aliunde, ubi de glorie retributione agitur, Deus utpote non egens servitio nostro (n. 391.) opera magis propter operantem acceptet, quam operantem propter opus: hinc sequitur, quemlibet hominem intuitu supernae mercedis agentem debere operatione obsequendi & placendi Deo, atque ad Deum se suaeque omnia formali relatione ordinare: quae utique fieri nequeunt sine alicujus caritatis affectu. Auctoritas vero est hujusmodi. Nimi-*

Nimirum Sacra Scriptura frequenter testatur, bona invisibilia aeternae vitae a Deo preparata, ac promissa diligentibus Deum, in Dei gloriam operantibus, propter Christum, aut in nomine Christi arumnas patientibus &c. S. Augustinus passim radicem meriti caritatem esse declarat, qua in Deum finem ultimum operum nostra reitorunt; hinc ita ratiocinatur (lib. de Morib. Eccles. c. 15.) *Si virtus ad beatam vitam nos ducit, nihil omnino virtutum esse affirmaverim, nisi summum amorem; cur? quia licet quaevis virtus suam habeat specialem honestatem, & cujusvis virtutis actus possint ordinari ad merendam vitam beatam; reipsa tamen nullus actus virtuosus illam meretur, nisi in eum insit caritas, quae Deus super omnia diligitur. Hoc unum docuisse putandus S. Doctor in ea sententia totius repetita; sed perteritum (lib. de Grat. & Lib. Arb. c. 18.) quidquid paverit hominifacere bene, si fiat sine caritate nullo modo fit bene; id est non est verum absolutumque bonum: non quia fit virtutum; ex Seraphico alibi laudato (num. 273.) sed quia deficit a vera virtutis perfectione; quia virtus vera dicitur, quae veraciter ducit ad vitam. Quapropter si ad rectum istum sensum oculos intendissent Bajani, Janfenistae, Queneliani, nunquam tam pessime in caritatis negotio scripsissent, plane errantes, & non intelligentes Augustinum ob cordis tumorem; sicuti Paulum non intellexerunt olim Pelagiani, manifeste errore, & superbia se contra Divinam gratiam erigentes, ut ait Seraphicus (in 2. Sent. dist. 28. in fine). Porro autem ex Seraphico (nu. 337.) fat est, si praedita operum relatio in Deum ex caritate faciendi sit virtualis.*

401. *Ex parte Dei remunerantis unica consideratur conditio, scilicet passum Divinum danda mercedis aeternae bonis operibus reddenda, ita nimirum, ut non sufficiat ad vindicandam iustitiam rationem meriti de condigno (quemadmodum nonnulli de Sekola Theologi contendunt) si prodeant ab homine per supernaturalem gratiae donum sanctificato, & ad divinam veluti dignitatem eveho. Quamquam & haec postrema conditio non pertineat ad Christianam Fidem, graviorum tamen Doctorum suffragio roboratur, atque tum ex Divinis Litteris, tum ex Conclio Tridentino facile eruitur. Nam 1. ut ex illis unicuique afferamus testimonium, Seraphicus sic ait (in 2. Sent. dist. 27. q. ult.) Gloriam non tantum contingit mereri merito congrui, sed etiam merito condigni, pro eo quod gratia, & gloria quaedam ex commensuratio, & in Deo quaedam cadit obligatio, non ex necessitate, sed ex sua mera benignitate; quia voluit promittere, & pactum firmare cum his, qui eum diligunt, quod seipsum mercedem eis retribueret, sicut in Abraham apparuit, Gen. 24. ego ero merces tua magna nimis. 2. Nihil familiaris Scripturae Sacrae, quam promissionum vocabulo exprimere bona invisibilia aeternae vitae. Pietas ad omnia utilis, promissionem habens vitae (1. ad Tim. c. 4.) repositionem accipiant, qui vocati sunt, aeternae hereditatis (ad Hebr. c. 9.) accipiet coronam vitae, quam repositionem Deus diligentibus se (Jac. c. 1.) 3. Concilium Tridentinum (Sess. 6. cap. 16.) inquit: bene operantibus usque in finem, & in Deo sperantibus proponenda est vita aeterna, tamquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, & meritis fideliter reddenda. Hinc Ecclesia Catholica solet Deum orare (in Dom. v. post Pent.) ut promissiones Dei, quae omne desiderium superant, consequamur. Sane Theologica quoque ratio ipsam persuadet. Quantumcumque enim sit dignitas operis in statu gratiae peracti, illud tamen nunquam habere potest aequalitatem perfectam, quae ad meritum de condigno requiritur, cum caelesti praemio, consistente in Seraphico (n. 395.) neque sic Deum permovere potest, ut ei reddere teneatur coronam justitiae aequalem iusto iudex. Si igitur hujus generis merita revera dantur, nullum profus dubium de antecedente Divina promissione, qua fit, teste D. Augustino (lib. 1. Confess. c. 4.) ut Deus reddat debita, nulli debens.*

402. Ad metam jam perducta est prooemialis haec Differentia de humanis actibus, deque praecipuis aliis Moralibus Disciplinæ materiis, non alterius certe favore, quam Clementissimis Nunimis: quem quidem sicuti initio suppliciter postulavi, quam constanter etiam mihi praesentissimum haecenus pensavi; ex propterea nunc omni quae postquam animi gratitudine extollo, atque depradico. Lectores vero humanos, benignos, prudentes, quos opella ista deinceps nanciscetur, exi rogo verbis Seraphici mei Magistri, ac Patroni S. Bonaventurae (in fin. lib. 2. sent.) ut si qui aliquid in hoc opusculo invenerint approbatione dignum, agat gratias Deo largitori bonorum; in aliis vero locis si invenerint vel falsum, vel dubium, vel obscurum, scribentis insufficientiè benignè indulgant, qui absque dubio (sepe conscientia) vera, aperta, & eximios ac communia dicere concupivit. Porro quandoquidem summa universorum, quae huc usque didicimus, eo tandem rediguntur, ut intelligatur, omnem nostram actionem potissime

401. Ex parte Dei remunerantis unica consideratur conditio, scilicet passum Divinum danda mercedis aeternae bonis operibus reddenda, ita nimirum, ut non sufficiat ad vindicandam iustitiam rationem meriti de condigno (quemadmodum nonnulli de Sekola Theologi contendunt) si prodeant ab homine per supernaturalem gratiae donum sanctificato, & ad divinam veluti dignitatem eveho. Quamquam & haec postrema conditio non pertineat ad Christianam Fidem, graviorum tamen Doctorum suffragio roboratur, atque tum ex Divinis Litteris, tum ex Conclio Tridentino facile eruitur. Nam 1. ut ex illis unicuique afferamus testimonium, Seraphicus sic ait (in 2. Sent. dist. 27. q. ult.) Gloriam non tantum contingit mereri merito congrui, sed etiam merito condigni, pro eo quod gratia, & gloria quaedam ex commensuratio, & in Deo quaedam cadit obligatio, non ex necessitate, sed ex sua mera benignitate; quia voluit promittere, & pactum firmare cum his, qui eum diligunt, quod seipsum mercedem eis retribueret, sicut in Abraham apparuit, Gen. 24. ego ero merces tua magna nimis. 2. Nihil familiaris Scripturae Sacrae, quam promissionum vocabulo exprimere bona invisibilia aeternae vitae. Pietas ad omnia utilis, promissionem habens vitae (1. ad Tim. c. 4.) repositionem accipiant, qui vocati sunt, aeternae hereditatis (ad Hebr. c. 9.) accipiet coronam vitae, quam repositionem Deus diligentibus se (Jac. c. 1.) 3. Concilium Tridentinum (Sess. 6. cap. 16.) inquit: bene operantibus usque in finem, & in Deo sperantibus proponenda est vita aeterna, tamquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, & meritis fideliter reddenda. Hinc Ecclesia Catholica solet Deum orare (in Dom. v. post Pent.) ut promissiones Dei, quae omne desiderium superant, consequamur. Sane Theologica quoque ratio ipsam persuadet. Quantumcumque enim sit dignitas operis in statu gratiae peracti, illud tamen nunquam habere potest aequalitatem perfectam, quae ad meritum de condigno requiritur, cum caelesti praemio, consistente in Seraphico (n. 395.) neque sic Deum permovere potest, ut ei reddere teneatur coronam justitiae aequalem iusto iudex. Si igitur hujus generis merita revera dantur, nullum profus dubium de antecedente Divina promissione, qua fit, teste D. Augustino (lib. 1. Confess. c. 4.) ut Deus reddat debita, nulli debens.

402. Sinceritate, qua Differentiationibus Scrip- torum sua ex- plet officia, primo erga Deum O.M. tum erga Lectores benevolos, Ap- prechatores eximios ac strenuos Ty- pogra- phos.

tissime ordinatam esse ad Finem Ultimam, qui est ad *Q* u, principium & finis, uti Vener. Danſius Scotus loquitur (in fin. lib. 1. sent.), ideoque cunctis Theologiae Moralis studiosis, si vere sapere cupiant, summopere enitendum est, ut usum propriae disciplinae nullo modo aberrare faciant a Fine tam praestantissimo, ad quem, medullitus opto verbis Piiſſimi Richardi de Mediavilla (in fin. lib. 4. sent.) me, & omnes scriptorum meorum pios interpretes, & benevolos correctores, ac etiam impressionis huius operarios & auctores, perducatur suavissimus Iesus Christus, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus per omnia saecula saeculorum. Amen.

FINIS PARTIS I TOMI I.

**THEOLOGIA**  
**MORALIS UNIVERSA**  
**R. P. GABRIELIS ANTOINE**

A REVERENDO PATRE

**PHILIPPO DE CARBONEANO**

PRIDEM NOTIS, ET APPENDICIBUS AD USUM MISSIONARIORUM,  
 POTISSIME AD SACROS CHRISTIANORUM RITUS, ET ECCLESIAE ORIENTALIS  
 DISCIPLINAM SPECTANTIBUS AMPLIFICATA,

Dein novis accessionibus ex geminis scolarum & Ecclesiae Doctoribus S. THOMA  
 AQUINATE & S. BONAVENTURA CARD. de promptis ad PAROCHOS,  
 CONFESSARIOS, praesertim vero ad STUDIOSAM JUVENTUTEM  
 informandam aucta, & illustrata

**A R. P. BONAVENT. STAIDEL M. C.**

A C C E D U N T

TRIA OPUSCULA EX AUREO MELCHIORIS CANI DE LOCIS THEOLOGICIS LIBRO  
 DESUMPTA, ET DISCEPTATIO PROOEMIALIS DE LEGE DIVINA.

EDITIO X. ABSOLUTISSIMA

**A JO. DOMINICO MANSI**

ARCHIEPISCOPO LUCENSI

MEDULLITUS INSPECTA, PER MULTIS ALIIS ADDITIONIBUS EX OPERIBUS  
 BENEDICTI XIV. ET CLEMENTIS XIII. & XIV.

Litteris apostolicis excerptis locupletata, correcta, nonnullis figuris aeneis  
 in fronte quorundam Tractatuum ornata,

ET IN SEX TOMOS DISTRIBUTA.

**TOMI PRIMI PARS SECUNDA.**



**V E N E T I I S M D C C L X X X I I .**  
 APUD ANTONIUM ZATTA  
 SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.